



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],
libri VII**

Rupertus <Tuitensis>

[Köln], 1527

VD16 B 3703

Capilli tui, sicut greges capra[rum], quæ ascenderunt de monte Galaad.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34445

COMMENTARIO LIB. III. Fo: 47
serpentis antiqui uenena. Columba gemitū pro
cātu habet, & tibi gemere dulce fuit, eo quod
p̄x cunctis mortalib. mente uulnerata esſes. Co
lumba iuxta fluēta ſuident: tibi autem uel tuo pe
ctori omne fluentum ſcripturā, quam cōtigu
um eſt. Nunquam aduentus ſpiritualis accipitris
tibi eſſe improuiſus, aut te conſequi, immo nec
tibi appropinquare potuit. ¶ Igitur oculi tui
columbarū, & hæc uera pulchritudo eſt, absque
eo quod intrifecus latet, quod ſolus in te d̄eūſ ui
det: nobis autem quia inexpertum, iſcirco inef
fabile, immo & incogitabile eſt. Si enim q̄i n̄ ſpi
am dixit, & teſte deo uel conſcio, non mentiens
dixit, raptum ſe fuiffe in paradyſum, ſiue uſque
ad tertium cōlum, ita ut neſciat, ſiue in corpo
re, ſiue extra corporū raptus fuerit, & audiffere ar
chana uerba, quæ non licet homini loqui: quan
to magis tu regina cōlorum pſæpe cōleſtib⁹
interfuſti: quippe quam & circumſteterunt ob
ſteti icum uice, gloriam deo concinenteſ, angeli:
& inter hæc didicisti uel aſſecuta eſt aliqd, quod
latet & latere nos debet;

¶ Capilli tui, ſicut greges caprā, quæ af
cenderunt de monte Galaad.

¶ Qui greges caprarum, uel quando greges ca
prarum apparuerunt de monte Galaad; Vt que
greges rationales, greges caprarum rationalium
tunc apparuerunt, quando cōperunt homi
nes eiulmodi eſſe, de qualibus Aþt̄olus dicit.
Circuerunt in melotis, in pellibus caprinis, &
cetera uſque, & in cauernis terræ. Quando cō

Absq; eo
quod intri
ſecus latet
2. Cor. 11.

Luc. 2

Greges ca
prā, pro
phete ſunt
& filij eo
rum
Heb. II.

RUPER. IN CANT. CANT. CA. III
perunt esse homines eiusmodi, uel unde apparuerunt homines huiuscmodi conuersationis?
Nimirum quando IESABEL interficiebat prophetas domini, tunc apparuerunt de monte Galaad, id est, de ciuitate eiusdem nominis Galaad, sita ad radices montis Galaad. Sic enim scriptum est. Et dixit Helias Thesbytes, de habitatoribus Galaad ad ACHAB. Viuit dominus deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros & pluvia, nisi iuxta oris mei uerba. Et factum est uerbum domini ad eum dicens: Recede hence, & uade contra orientem, & abscondere, & cætera.

3. Reg. 17

CHaec dixit, & haec fecit ille primus autor, & institutor eorum, qui dicti sunt filii prophatarum, quos suisse monachos in ueteri testamento, consentit autoritas patrum uenerabilium. Et recte dicuntur apparuisse, quia iam dictus institutor illorum, Helias, sic repente illic introducitur, ut antea nusquam scripture meminerit, quis uel unde fuerit progenitus.

3. Reg. 18.

CQui capilli tui uel unde capilli tui, similes gregibus illis. Nimirum cogitatus tui subtilissimi in eo fuerunt, ut fugeres ad desertum gentium, propter sanguinem quem synagogam multum effudit; sicut illi in solitudines fugerunt, propter sanguinem quem Iezabel primum fudit: secundum nomen suum, quod interpretatur, fluxus sanguinis, interficiens prophetas domini. In hoc similes illis gregibus capilli tui, id est, sicut illi, imo plus quam illi, omnes cogitacns tui, omnis meditatio tua, solitudinem & requiem in omnibus quæsiuit: procul a tempocstatibus Iu-

daicis, qui suam iustitiam statuere uolentes, iustitiae dei subiecti non sunt: synagoga peccatrix, & per omnia IEZABELI similis, quam Heli as (quod interpretatur, dominus Deus) & post eum filij prophetarum, non sine causa fugerunt, iuxta illud: Et dixi, quis dabit mihi pennas sicut columbae, & uolabo, & requiescam? Ecce elongauit fugiens, & mansi in solitudine, & expectabam eum qui saluum me fecit, a pusillani mitate spiritus & tempestate. Et tu columba illis similis, & quis illorum tibi columbae similis, & haec similitudo in capillis, non solum propter illa, quae iam dicta sunt, uerum etiam, quia tu quoque longum in cogitationibus tuis, praescia futurae passionis filij tui, pertulisti martyrium: sicut illi diu egentes, angustiati, afflicti, oes testimonio fidei probati inuenti sunt.

Eccl. 14.
Rom. 10.

Psal. 54.

Hebræ, II

EDentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro. Omnes gemellis fecitibus, & sterilis non est inter eas.

Quam pulcher ordo! Primum oculi, & post oculos capilli, post capillos dentes lauantur innocui..

Respicie amici ad sinistram, considerate Eruam, mulierem odiosam, huic dilectæ oppositam, & oculis, & capillis, & dentibus, & labijs, & genis, & collo, & uberibus infastis. Oculi eius non sicut celumbarum, imo sicut oculi coriorum rapacium, Scriptum est enim, Vedit igit Gene. 5